



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

In Cap. Cùm in Apostolica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

contractam & consummatum matrimonium, c.
2.c. Ex publico 7 c. Ex parte 9. inf. De conuers. conju-

gat
Mirum videtur, cur summus Pontifex hoc Cap. rescribat, matrimonium prius contrahendum esse a sposo, cum hic contractus planè inutilis videatur. Siquidem aperte juris est, matrimonio contracto, ante consummationem, quæ sit per copulam, permisum esse alteri contrahentivm, iovito etiam altero, Religionem ingredi, jam dictis juribus.

Quare Posthumus Cujacianus h̄ic existimat hunc contractum fieri magis dicis causâ, hoc est, tantum ad speciem sive simulatè, quām verè sive ex animo, ut hoc qualicumque connubio properjuramentum Deo satisfiat. Sed fallitur Posthumus, adeoque contumeliosè incurrit in summum Pontificem hujus textus auctorem, dum cautionem hanc de contrahendo prius matrimonio vocatioinariosam, & adversus Majestatis prudenteriam. Similis ejusdem Posthumii calumnia est in c. *Debtores* sup. *De jurejur.*

Loquor de Posthumo Cujaciano, hoc est, de Recitationibus, sive commentario in libros Decretalium edito post mortem Cujacii, qui aut à malevolis in imprimento corruptus est, aut contra Cujacii voluntatem prælo commissus & editus. Nam ipse Cujacius non solum in privatis colloquiis, sed palam & publicè professus est sapè, supremisque declaravit verbis, se nolle quidquam edi post mortem suam, præter tres libros posthumos Observationum, videlicet XXV. XYVI. & XXVII. sicut attestantur Thuanus, Pu-

teanus, Oiselius, Faber, & Pithœus; quorum testimoniū extat in Francofurt. editione Op̄erum Cujacii, anno M.D.XCV. Ita quod hic Posthumus in Decretales, tum & alii, qui vulgo circumferuntur, non immeritò pro suspectis haberi possint. Quod obiter h̄ic insinuare volui, proprie eos, qui impriment, vel studiosè legunt posthumia opera Cujacii viri alioquin celeberrimi; ut si quæ ibi reperiātur indigna, ea potius ab aliis malâ fidei aspersa, quam à tanto viro profecta existimant.

Ceterum redeundo ad textum nostrum, alia multò & vera Innocentii sententia h̄ec est, quæ & communiter ab aliis recepta, teste Præposito, in hoc nosf. sub num. 3. quod cūm hic sponsus non deliberatò & firmiter secum statuerit Religionem ingredi, sed motu quadam conscientiæ impulsus tantummodo aspiraret, multaque subinde inciderat, quæ remorari aliquem possent ab aggressione Religionis, ideo sumum Pontificem hoc textu nostro rescripsisse, quod tuius sit ipsi sposo, ut matrimonium prius contrahatur, ne illud extrahendo, biennii tempus elaboratur, & perjurii erimen incurrat. Atque hanc esse veram sententiam indicat ipse textus, dum his verbis uritur: *Ab frugem melioris vita transire suffirat.* item dum ait: *Tuuius est ei prius contrahere, & postea si elegitur, ad Religionem migrare.* Nam si certò sponsus constituit Religionem ingredi, tunc rectè dici posset inutilem fore contractum matrimonii, ac proinde juramento non obstante sponsum ingredi posse Religionem, secundum Innoc. hic & confirmatus in cap. 3 sup. *De jurejur.* &c 4 sup. *De voto.*

In Cap. Requisivit 17.

De hoc Capite egimus superiùs, ad cap. Ex literis Silvani 10.

In Cap. Cūm in Apostolica.

SUMMARI.

1. *Litis pendentia super matrimonio non impedit contrahendendum secundum sifprimum erat nullum.*
2. *Ratio hujus decisionis*
3. *Contralens matrimonium credens impedimentum subsess an verè contrahat.*

Nota bic calumniogularem, quo lite pendente innovatio admittitur, contra Tit. Decretalium & Cod. *Vt lite pendente nihil innovetur.* Cūm enim villicus quidam contra uxo,

rem suam ad divortium, id est, separationem matrimonii ageret, forte propriæ consanguinitatem vel affinitatem, & lite pendente contraxisset cum alia muliere hujus facti ignorâ, sententiaq; divortii postea promulgata fuisset inter illum & priorem conjugem; decidit h̄ic summus Pontifex posterius matrimonijure subsistere, & quod ex sententia divortii postea latè competitum sit, prius matrimonium re ipsâ non valuisse. Interim villico pœnitentia imponi jubetur.

Hujus

² Hujus decisionis ratio hæc quidem adfertur à Dd quod matrimonium divini juris sit; penden-
tia verò litis (ut loquuntur) sit juris humani. At
verò jus humanum non potest infringere ea, qua-
sunt juris divini. Quæ certè ratio per se vera est,
sed decisioni minime convenient, cùm omnia ferè
impedimenta matrimonii sunt juris humani; &
tamen negari non potest, quin hæc eadem impe-
diant matrimonium, quod alias juris divini est,
sicut infra suis locis fuscè explicabitur. Unde ve-
riorem rationem haec esse puto, quod pendentia
litis non sit justum impedimentum matrimonii
dirimendi à sacris Canonibus introductum, ac
proinde valet hujusmodi matrimonium penden-
tia lite contractum. Nullibi enim recensetur in-
ter impedimenta matrimonii. Atque idcirco sta-
mus generali regula, quâ omnibus permisum
est matrimonium, quibus à jure difterre non est
interdictum, c. Ciem apud sedem z. 3 inf. eod. Quam
regulam sequimur & iiii, qui contra præcep-
tum Judicis Ecclesiastici ex causa prohibentis
matrimonium contrahunt. Eo namque non ob-
stante, nihilominus hoc est verum matrimonio-

um, nisi aliud canonicum subsit impedimentum.
Neque enim ob id dirimitur matrimonium, quod
contra mandatum Judicis contractum sit, ut pa-
tet ex toto tit. De matrimonio contracto contra inter-
dictum Ecclesie ubi & dicam latius.

Movet hic Panorm. quid juris sit, si villicus il-
le credidisset, matrimonium prius valuisse; Et re-
tine responderet ex Vincentio, posterius matrimo-
nium non valere quoad Deum, cùm non adhi-
buerit legitimum consentium, qui consistit in in-
dividuali unius consuetudine, c. fin. inf. De condit.
appos. Unde pulchre elicit hanc regulam Panorm.
hic in fine, quod contrahens matrimonium, si cre-
dat impedimentum subesse, quod tamen reverè
non subest, frustrâ contrahat matrimonium quo-
ad Deum, licet expresserit verba contrahendo
matrimonio apta. Eamdem tradit Mart. Navarr.
in Manuali c. 22. num. 56. Secus verò est, quoad
Ecclesiam sive forum exterius, in quo cùm de œ-
cultis nullum judicium sit, c. unico sup. Ut Ecclesiast.
beneficis diminutus confer. sequitur eum sensum Ju-
dex, quem verba contrahentium præferunt, c.
Ex literis 7 sup. hoc sit.

In Cap. In praesentia 19.

SUMMARIUM.

1. *Mulier non certiorata de morte mariti contrahere matrimonium de novo non potest.*
2. *Probari mors debet, diurna absentia mariti nihil iuvante.*
3. *Certitudo que requiratur.*
4. *In dulio pro matrimonio respondendum*
5. *Contractum posterius matrimonium absente rede-
nente dissolvendum est.*

Elegans huius Capitis decisio est. Nam in eo sommus Pontifex rescribit Episcopo Cæsaugustensi de mulieribus, quæ viros suos captivos vel peregrinantes, ultra septennium cum diligentia inquisitione præstolata, præ imbecillitate carnis le continere non posuerunt, arque idcirco se ad alias nuptias admitti petebant. Describit, inquam, eas matrimonium contrahere non posse, donec certum nuntium acciperiat de morte maritorum suorum. Cujus hæc ratio reddi potest, quod matrimonium inter Christianos semel legitimè contractum non nisi morte alterius conjugum, vel ingressu Religio-
nis, ante tamen consummationem matrimonii dissolvatur, c. penult. & ult. inf. De secund. nupt. c. 2. &

c. Expubl. 7. inf. De convers. conjug. & dicam latius inf.
sub tit. De divorci. propter hanc sententiam Christi:
Quod ergo Deus coniunxit, homo non separat, &c. Matt.
19. cap. Non ita absentia est justa causa diri-
mendi matrimonii, & alterum conjugem sibi ad-
scendendi. Probari verò debet mors coniugis ab-
sentis, antequam cum alia matrimonium intrare
possit. Quippe mortuum esse in facto constitit, ac
proinde non præsumitur, sed probari debet, c. 1.
De constitut. lib 6. & 1. 2. D De iuri & facti ignor.
Quare nihil iuvat mulieres diurna absentia maritorum suorum, neque imbecillitas carnis,
quam obtemperant; cùm etiam aliis casibus sèpè
accidat, ut innocens coniux usu matrimonii pri-
veretur, puta, si alter furiosus sit, aut aliter impo-
tent factus: non enim ideo magis dissolutus ma-
trimonium, c. 1. Hi qui matrimonium cum c. seq.
xxxii quest. 7 & c. fin. §. sciamen de carnali, in fine sup.
Ut liti non constat.

Cæterum hic à Doctoribus queritur, quæ & 2
quanta certitudo de morte absentis requiratur?
Et quidem de iure Civili varia tempora consti-
tuta sunt. In capro ab hostibus, si incertum est,
utrum maritus vivat, exspectatur quinquennium.
I. Vxores 6.. D. De divorci. & § sedetiam captivitatis casus
Novell.